Quelle: https://manuscripta.at/?ID=889
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ni sedata. eademque in sicilia exoriens. et solis defectum qui
fuit. ipsanio et fonteio consulibus. II. Kal. mai. campania ho
ra diei inter septimam et octavam armenia inter xam et xiimam sen
sit.

De cometis. xxiiii.

Cometae sunt stellae
flammis crinitae repente nascentes. regni mutationem.
aut pestilentiam. aut bella. vel ventos aestusve portendentes.
Quarum aliae moventur erraticarum modo. aliae immobiles haerent.
Omnes ferme sub ipso septentrione. aut aliqui eius parte non certa.
sed maxime in candida quae lactei circuli nomen accepit. brevis
simum quo cernerentur spatium. VII. dierum adnotatum est. longissimum
lxxx. sparguntur aliquando et errantibus stellis ceterisque crines. sed
cometes numquam in occasura parte caeli est.

De aere. xxv.

Aer est omne quod inani simile vitale hoc spiramen fundit. In
fra lunam volatur aurarum nubiumque et tempestatum. capax ubi
et potestates aereae superna sede deturbatae. cum tormento diem
iudicii. durius tunc damnandae praestolantur. et ex quo hominibus appa
rentes. aeria corpora secundum meritis similia sumunt. Nam super lu
nam quae aeris aetherisque confinio currit. omnia pura ac diurnae
lucis sunt plena. Cuius vicinia tangere fertur olympus. Ad nobis autem per
noctem eminent sidera. ut reliqua lumina e tenebris. Superior
ergo et serenus aer caelo. inferior autem quo exhalationibus humidis cor
porascit. terrae deputatur. ubi sunt ignis. grando. nix. glacies. et spiritus tempestatum
procellarum. quae dominum de terra laudare iubentur. Sed et ipse aliquando
caelum vocatur. Unde et petrus ait caelos in diluvio perisse. cum aer tur
bulentus esset diffusus in mundas. et caeli caelorum dicuntur. sidereo caeli
aeriorum istorum tamquam superiores inferiorum.

De ventis. xxvi.

Ventus est aer commotus et agitatus. sicut flabello brevi potest adpro
bari. Nec aliud intellegitur. quam fluctus aeris. qui ut clemens
ait. ex quibusdam montibus excelsis. velut compressus et coangustatus.
ordinatione dei cogitur et exprimitur in ventos. ad exercitandos
fluctus aestusque temperandos. Pro diversis autem partibus caeli nomina di
versa sortitur.

De ordine ventorum. xxvii.

Venti quattuor cardinales sunt. Quorum primus septentrio qui
et aparctias. flatu rectus ab axe. faciens frigora et nubes. Huic
dexter circius qui et trascias. faciens nives et grandines. A sinistro aquilo qui
et boreas. nubes constringens. Secundus cardinalis subsolanus qui